



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Præ fame moriens.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

IN Divinis literis, quæ rem hanc austerius tractant, Aquila, Gryphus, Haliaëtus, & Milvius rapacitatem significant, & à sacris ut immunda rejiciuntur: per quas alites, ut signat Hefychius, intelligimus eos, qui cum sublimia quidem perscrutari videantur (cæli quippe motus & rationem stellarum situm atque naturam, quæque superioribus in elementis igne & aere sunt varietates, contemplationi vigiliisquæ, non sua tantum causa sed aliorum etiam institutionibus dediti) vita tamen & impotenti sint & malefici, dum vel insidias aliis intendunt, vel fordida quæque convenantur, suarum ita rerum satagentes, ut ad commoditates suas omnia contrahant, inexplabilemque avaritia æstuantes, non suis tantum fruuntur, sed imbecilliorum quoque bona diripiunt, qualem Hieronymus notat sibi de Vivendi forma, ad Rusticum monachum, super Eremita quodam, qui publicas privatasquæ elemosynas in suum & suorum tantum usum verterat. Ita enim scribit: *Vidimus & planximus Crophi opes unius morse deprehensus, urbi que stipēs quasi in usum pauperum congregatas, stirpi & postremo derelictas.*

## MALUS DÆMON. CAP. XIII.

NON imperite igitur Aquila divo Gregorio malignus est spiritus, animarum raptor. Ut vero ita quæ de perniciofa dominatione dicta sunt, quæ omnia ad mundi hujus Principem accommodari possunt jam prætereamus, habet & hoc proprium Aquila: quod pisces ab alto aere conpicta, eos præcipiti cursu delapsa rapit. Pisces vero animarum hieroglyphicum esse, dictum Commentario suo.

## PRINCEPS SIBI TANTUM STUDENS. CAP. XIV.

*Facit aliquatenus  
prohiberi  
Aquilam  
volare doct.  
Hadriani  
VI. P. M.  
vivendi mor-  
dus.*

ADjungunt adhuc Ægyptii sacerdotes, Regem tantum rerum suarum satagentem, neque aliorum incommoda calamitatesve miserantem, per quam proposuissent Aquilam ostendi, eam quippe in astruendo nido sollicitam: illa siquidem, in solis excelsis, arduis & præcipitibus locis nidulatur, & omnino longe sublimius avolat, quam volatilia reliqua. Hinc fit, ut ab aliarum avium confortio atque consuetudine sese abducere videatur, qui quidem plerisque Regibus mos est, qualem in Hadriano sexto Pont. Max. viro Batavo vidimus, qui humanam omnem consuetudinem ita advertebatur, ut non nisi propria vel utilitate vel necessitate cogente, sui videndi copiam faceret. Quod si quod raro admodum vidisses, spatium in subiectos Pontificio palatio campos obequitaret, nulli accitis comitibus, nullo, ut Pontificum mos est, aris tinnuli signo dato, iter arripiebat: simulac præcipites, antistitesquæ & cohors reliqua ex officio assecuti essent, Equum ipse, nullius sublationem motus, citatiore gressu perurgebat, conspectumquæ omnem hominum, tamquam nihil ad se eorum ingenium pertineret, effugere properabat, seque in intimas palatii latebras occultabat.

## PRÆ FAME MORIENS. CAP. XV.

*Fame mori  
miserimū.  
Homerus  
Odyss. μ.  
Plato lib. 3.  
de Repub.  
Arist. 2. de  
Et Plin. lib.  
10. cap. 3.  
Arist. lib. 9.  
de natur.  
anim.  
Psalm. 102.*

QUOD si hominem eo mortis genere periturum, quod Homero Platoni quæ omnium est miserimū, iidem significare voluissent, hieroglyphicum habebant Aquila, cujus rostrum esse tonormiter incurvatum: senescentibus enim Aquilæ rostrum supernum accrescit adeo, incurvaturque subinde magis ac magis, ut nulla demum aperiendi data copia, inedia plerumquæ deficiant & extinguantur. Hinc illa in bibaces, *Aquila senectus*, exprobatio: quippe quæ amissa edendi facultate, hinc morem assidue sorbillare cogitur, vitamque aliquandiu pertenui ea ope protrahere. Ac ne usquam desint Græcorum fabulæ, commenti illi sunt, fuisse olim hominem, qui hospitem affecisset iniuriam, proindeque deorum ira in Aquilam commutatum, inque sceleris pœnam eo affectum malo, ut satius consumeretur.

## JUVENTUS RENOVATA. CAP. XVI.

ADDunt alia quædam juniores, ut illud ex Psalmo interpretentur, *Renovabitur ut Aquila juvenis tua*, quod nescio cur nonnulli legunt, *Revocabitur*, cum Græce sit ἀνακλιθήσεται. Divus Hieronymus Aquilam ait, ubi consenuerit, pennis supra modum gravari, ideoque fontem ab ea quævis cuius aspergine pennas egerat, quibus levata calorem intra se colligit, sanariquæ tum primum oculos mox ab immerfatione in juventam redire. Eucherius Aquilas ait vi nimis fenestras implumes fieri, & nido relatas à pullis suis vicissim ministrantibus pasci, donec deterfo senii veterano, cum pennis volat etiam